

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Qui sit minister ordinationis licitæ, & legitimæ. 15

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

Gregorij Magni, qui prout refertur in responsionib. ad August. Episcopum Anglie, cap. 8. &c habetur 2. tom. Concilior. confessus August. Episcopo, ut ipse solus Episcopos consecraret, cum vero plures essent Episcopi, tres adhiberet, iuxta Canones receptos. Vero simile autem non est, tantum Pontificem in re tam graui erratum.

12. In hac controvrsia illud pro certo habendum est, nemini alteri, quam Episcopo committi Episcopi consecrationem posse: quia, cum consecratio Episcopi iure diuino instituta sit ad sacerdotium perficiendum, & complendum, ubi quam causam Episcopi est omnibus sacerdotibus superior, & supremus Ecclesiae ordo, nequit ab alio concedi, quam ab eo qui in eodem ordinis fuerit constitutus. Nam, ut inquit Paul. ad Hebr. 7. minor maiori benedictionem impetrare nequit: nemo enim dare potest alteri, quod in se nec formaliter, nec virtualiter habet. Atque ita tradit Vasquez disp. 24. cap. 4. num. 42. & cap. 6. in princ. aduersus Paludan. in 4. distinct. 7. queſt. 4. articul. 3. in 2. opinione, afferente, etiā sub dubio, posse simplici sacerdoti hanc potestatem consecrandi Episcopum committi: & Auroel apud Capreol. disp. 2. queſt. 1. articul. 2. in 2. ar. tom. 5. de omnibus sacramentis id afferente.

11. Secundū, verius existimō, consecrationem Episcopi ha necessariō à Tribus Episcopis faciendam esse, ut nequeat Pontificis haec parte dispensare, & vni tantum consecratio rem committere, ut videtur docere Henriquez lib. 10. cap. 14. 3. Paul. Comitol. in resp. moral. lib. 1. queſt. 48. num. 13. Mat. Anton. Genuen. in praxi Curia archiepisc. Neapolit. c. 70. num. 26. Barbola de potestate Episcop. allegat. 1. num. 45. Motu: quia Pontificis nequit dispensare in forma, vel materiali sacramentorum: ac consecrationis episcopalis materia non est tantum vnlus Episcopi manus impositio, sed plurimum, ut constat ex illo ad Timor. L. *Per impositionem magnum presbytery, iuncta communione Doctorum explicacione.* Ob quam causam superius diximus, etiā forma huius sacramentorum, que ab uno Episcopo profertur, non fas ex se effundilius exprimebas, ex impositione plurimorum Episcoporum sufficiemtē explicationem accipere. Deinde testimonia Anacleti, Damasi, aliorumque Pontificum, non solum probant, tres Episcopos esse Ministros ordinatiois episcopalis consecrationis, sed esse omnino necessarios, sicuti sacerdos est necessarius Minister consecrationis: alias si ex communiione vnius tantum esse posset, Pontifices decadentes, debere necessariō tres Episcopos adesse, adderent tres Episcopos, ut ordinatio Ministrorum, sicuti de Sacramento Confirmitio loquuntur.

14. Quæ autem aduersus hanc doctrinam Vasquez in favorem sue sententia adduxit, leua sunt: Primum namque, & secundum argumentum probarent, non solum Ministerum ex delegatione, sed ordinarium esse posse vnicum, vel duos Canonos. Quapropter ad primum dicendum est: cum Canon Apostol. & Clemens expostulant pro consecratione Episcopi duos, vel tres, supponit, Metropolitum cum illis adesse debere, iuxta textum in cap. Archiepiscop. de temporib. ordinariis. Ad locum adductum ex liber. 8. respondet, plura in illo libro continentur, infirmare authoratis. Ad secundum, nego illum, qui à duobus Episcopis fuit per vim ordinatus, denuo ordinandum non esset neque obstat, ut Concilium nomine substitutionis: id enim factum est: quia simul cum ordinatione iuridictio ei concenderet. Tertium, quod difficultius est, probaret opime intentum, nisi, ut bene aduerter Coninch. disp. 10. ab. 9. numer. 92. locutus ille mendosus esset, ut colligatur, tum ex pluribus, quæ in illa responsione referuntur, quæque sensum imperfectum præstant: tum ex tenore, quo dictetur eadem responso in Operibus D. Gregorij, in fin. lib. 11. epifol. Registri: ibi enim dicitur: *Et quidem etiam in Angelorum Ecclesia: in qua adhuc solus tu Episcopus inuenitur, ordinare Episcopum non aliter, nisi cum Episcopis posse.* Nam, quando de Gallia Episcopi veniunt, illi in ordinatio- nem Episcopi testes sibi afflant. Non gitur colligi potest, Gregorii dispensasse, ut Augustinus solus consecrationem Episcoporum præstaret.

15. Ad extremum aduertere, quotiesquis Minister est delegatus ad ordines conferendos: si deficiat delegatio, nulla est ministeria: quia per ipsam delegationem accipit potestem, quia carebit delegatione deficiente. Vnde, etiam Episcopus alium, vellet in Episcopum consecrare, scilicet priuilegio Sedis apostolice, nisi efficeret, etiam in opinione illorum, qui admittunt, posse ex Pontificis dispensatione, episcopalem consecrationem ab uno conce- di: quia non ex consecratione, sed ex commissione habet esse Ministrum. Item, si Abbas, vel alius Episcopo inferior, ordines minores conferat, antequam benedictus sit, vel in alienis subditis sine licentia proprii Episcopi, vel extra suam diocesem, nulla erit ordinatio quippe limites concessionis excedit, & qua solū habet potestatem, uti Paludan. in 4. distinct. 24. queſt. 3. articul. 3. reg. 3. nota.

uit Layman. tractat. 9. cap. 9. num. 7. Secus est, si potestate concessa vñus tantum prohiberetur, uti solum prohiberi videatur à Trident. sess. 23. cap. 10. ctm Abbatibus, aliaſque exemplis non permittuntur ordines minores cedi alteri, quam Regulari subdito: etenim Concilium non tollit potestatem, sed vñus prohibet, ut indicat verbum, *Non licet.* quo virut. Quare, si de facto seculari laico subdito ordines conferantur ab iis Abbatibus, tener ordinatio: qua iure antiquo, cap. Quoniam 69. distin. & cap. Chm contingat. de arate, & qualit. ij Abbates omnibus sibi subditis ordines minores potestant conferre, qua potestate per Concilium priuati non sunt, tñsi cuius vñus fuerit interdictus, uti notauit Layman. tractat. de Ordin. 9. cap. 9. numer. 7. sicut decimus à sacra Congregatione refert Barbola in remissi. Concil. sess. 23. cap. 10. ibi: *Quidam lascivus, annu elaps, primam tonsuram suscepit, & Ordine minorum ab Abbe Cassenis, eius in temporalibus, & spiritualibus Superiori, credens illum habere potestatem.* Sed, cum videatur esse contra dispositionem Trident. sess. 23. cap. 10. dubiarum est, an iste indegit dispensatione, vel cupiens esse Clericus iterum ordinari ad dictos ordines, tanquam nulliter ei collator. Congregatio Concilij sic respondit: *Indigebit dispensatione: sed non est necesse, quād iterum ordinetur.*

P V N C T Y M XV.

Quis fit Minister Ordinationis licita, & legitima.

1. *Quæ conditiones, tñm ex parte ordinantis, tñm ordinanda requiratur.*
2. *Qualiter origine subditus sit.*
3. *Qualiter domicilio.*
4. *Explicantur supraditæ.*
5. *Qualiter beneficio.*
6. *Quid dicendum de familiaris Episcopi.*
7. *Qualiter virtutis licentia à tuo superiore concessa subdito possit Episcopo.*
8. *Qui dimissorias concedere possunt.*
9. *Ex parte loci requiruntur, ut in eum ordinans iurisdictionem habeat, vel ex se, vel ex delegatione.*
10. *Quid dicendum de conferente ordinis ex licentia ordinarii, & non ex licentia Episcopi, intra cuius diocesim locus exemptus constitutus est.*

1. **V**T licita fit ordinatio; variae conditiones requiruntur, tum ex parte ordinantis, tum ex parte ordinandi, tum ex parte loci, in quo ordinatio celebranda est. Ex parte ordinantis ex conditiones adesse debent, quæ ad licitam cuiusque sacramenti administrationem exiguntur, scilicet, ne sit aliqua censura irrecutibilis, neve aliquo peccato mortali affectus. Ex parte vero ordinanti requisitum est, ut subditus ordinantis sit. Quod dupliciter contingit: primo, per se, secundum, per dimissorias à suo superiore acceptas. Rursum, subditus ordinantis per se tripliciter esse potes, origine, domicilio, & beneficio, uti tradunt omnes Doctores, cap. Chm nullus de temporib. ordinat. in 6. Quancunque enim ex his subdictionem obtineas, ordinati ab eo Episcopo poteris.

2. *Origine, subditus eris Episcopo loci, in quo per se natus fuisti, ut colligatur ex leg. Qui ex vico. ff. ad municipal. leg. 4. Cod. de incolis, lib. 10. & tradit Riccius resolut. 257. Notanter dixi, per se: nam ex nativitate per transiensem subdictionem ad ordinis non acquisisti, uti docent Nauarr. cons. 31. de temporib. ordinat. Henriquez libr. 10. cap. 21. num. 1. Barbola allegat. 4. num. 19. Non enim centeris originarius, seu oriundus ex illo loco, ubi mater ad breve tempus comorabatur, alibi domicilium habens, ut probat textus in leg. Cives. Cod. de incolis, lib. 10. & docet Abbas in cap. Rodulphus. num. 9. de re script. & ibi Felin. num. 13. Cœculos commun. contra communes, queſt. 458. num. 17. Gutierrez. cons. 7. num. 7. Layman. & Barbola suprà. Deinde ex origine patris subdictionem ad ordinis obtinet ita ut ab Episcopo loci, in quo tuus pater natus est, poteris ordinis, seu dimissorias subdictionem, sicuti tradidunt Riccius dicta resolut. 257. n. 4. Nauarr. cons. 19. incipiente, si filius familiaris de temporib. ordinat. Gutierrez. de matr. cap. 63. n. 29. Barbola alleg. 4. n. 4. & colligitur manifeste ex leg. Assumptio. §. 1. ff. ad municipal. & leg. Si ut propria. Cod. de incolis. lib. 10.*

Dixi, patris: nam matris origo non spectatur, ex textu in leg. 3. Cod. de municipalib. & originariis, lib. 10. tradit Richard. de nobilitate communicativa, num. 9. & seqq. Excede tamen, nisi pater sit naturalis: quia tunc non patris, utroque mentis cogniti, sed matris origo inspicitur, ex leg. Eius, quis ff. ad municipal. & tradit Barbola de potest. Episcop. allegat. 4. num. 15. Quare deficiente patris origine, materna spectanda est, ut bene Gonzalez ad reg. Cancell. glof. 9. §. 1. num. 14.

De Sacramento Ordinis.

284

Prax. noua episcop. cap. 1. numer. 16. Deficientibus vero partenis originibus, ut in filio exposito, locus expositionis origini paternae subrogatur, sicut tradit Stephan. Gratian. *dilecti par. foren. cap. 75. numer. 12.* Pratera hec subiectio ex origine hanc prærogatiuam obtinet, ut ne mutari, nec renunciari, neque vi lo modo omitti posse: quia nativitas semel contingens nullam suscipere potest mutationem ex texu in leg. *Afflumio. f. ad municipalem. tradit Sanch. lib. 3. de marim. disp. 23. num. 4.* Stephan. Gratian. *dilecti par. foren. cap. 75. num. 10.* Nauart. *comment. 2. de Regularib. numer. 34. & alij.* Probari autem cuiusvis originem ex libro Baptismi, dicit Rebuff. *in tract. de pacific. possessor. n. 217.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. t. n. 105.*

Secundum, subiectiōem ad ordines domicilio acquiris: domiciliū autem est locus electus ad habitationem perpetuam, dum alia commodior non se offert ex text. in leg. *Cives. Cod. de incolis. lib. 10.* Quare eo ipso, quo prædictum locum eo animo incipit habere domiciliū acquisit, & ab Episcopo illius loci ordinari poteris, ut bene Riccius in *praxi fori ecclesiast. & resolut. 263.* Nauart. *conf. 10. alias 2. de temporib. ordinat.* Barbos. *alleg. 4. num. 26.* Layman. *lib. 5. sum. tract. 9. cap. 9. in fine.* Hunc animalium habitandi ibi perpetuo declarare potes, tum verbis, tum factis, ut tradit Baldus *conf. 193. incipiente punctu talis. num. 2. lib. 1.* Si verbis declarares, omnis dubitatio tollitur: nam in his, quæ à tuo animo pendent, simplici tuo dicto standum est, ut pluribus relatis firmat optimè Menoch. *de arbitrar. caſu 84. à num. 6.* Quod adeo verum est, ut etiam ea caſa studiorum illuc te contulisse, neque maiorem tuorum bonorum partem tecum detulisse, censendus es esse domiciliū acquirere: quia illa expressi animi declaratio tollit suspitionem qua ex studiorum caſa, vel ex diminuta bohorū alportatione oriſ poterat, ut bene ex Marian. Socin. *seniore. in c. v. vers. Sexio. principaliter quero de foro competent. notauit Menoch. de arbitr. d. caſu 86. à n. 2.*

At feclūa hac verbalis declaratio, quæ expresa est, facio declarare tuum animalium potes: sed, quia haec declaratio obscuræ est, non fatis Doctores conuenient, quo facto plenū, & perfectè cencetis tuum animalium de perpetua habitatione, eo in loco peragenda declarare. Primo, assidua habitatione sc̄ē omnes Doctores censem, sufficienter declaratum esse ex leg. 2. *Cod. Vbi Senatores, vel clarissimi. ibi: Aut assidua conseruantur & probat.* Bart. ab omnibus receptus in leg. *Heres absens. §. 1. de iudicio. & colligitur ex §. 2. auem. inst. de rerum diuisione. c. Adrianus 64. disf. c. 2. de renuntiat.* lib. 6. Sed qualis cencetur assidua habitatio, non conuenient Doctores: decenniū habitationem sufficiēt esse, communis est sententia cum Glosa in leg. 2. *Ep. 3. Cod. de incolis. lib. 10. vii videſ in Menoch. acto caſu 86. num. 15.* Qui num. 17. Iudicis arbitrio relinquit, an ex minori tempore, quam decennio, assidua habitatio censem. Secundū, si simul cum habitatione maiorem partem tuorum bonorum tecum aſportes, ex *dicta leg. 1. Cod. Vbi Senatores, vel clarissimi. ibi: Vbi larem foueat, aut ubi maiorem partem bonorum possideat.* & ex leg. *Cives. Cod. de incolis. lib. 10. ibi: Vbi quis larem, verisimiliter suarum summam constituit.* & tradit. *Bald. conf. 393. col. 1. lib. 1. Bartol. in leg. de ture. n. 2. f. ad municipalem. Tiraq. de rectrato conſanguinit. 7. 3. gloss. n. 7.* Menoch. *aliis relatis. de arbitrar. caſu 86. n. 18.*

4. Supradicta intelligenda sunt, nisi alia iuriſ præsumptione infirmetur, sicut censem infinitam, si caſa studiorum, vel alterius officij seu negotiū temporalis peragendi in eum locum te contulisse, vel probat textus in leg. *Questum in princ. de legat. 3. leg. Nihil. ff. de capiunt. & poss. rem. reuersiſ. leg. Ex facto. la. 2. §. Rerum ff. de hered. inſtituendis. & tradit Alciat. refonſ. 55. num. 9.* Durante enim studiorum, vel officij peragendi tempore, nequaquam domiciliū firmasse censem, tametsi ultra decennium habitationem progressus, vel maiorem bonorum summam ibidem possideas: quia semper præsumeris commorari animo recedendi, ut ex Bart. in leg. *Cornelia. §. Domum. ff. de iuriis.* firmat Menoch. *de arbitrar. caſu 86. à n. 22.* Secūdū, si finito officio, vel studiorum cursu habitationem continuas, ut bene Barbosa notauit de poteſ. *Episc. alleg. 4. à num. 31.* Dixi officij, seu negotiū temporalia: nam, si officium perpetuum sit, etiam si officium Senatoris, aut gubernatoris, manifestum est illius assumptione in domiciliū configutare: fas enim eo caſu declarare animali ibi perpetuo manendi, sicut advertit Barbosa *dicta alleg. 4. num. 34.* Illud vero est certum, quo tempore sub cura parentis existit, domiciliū parentis sortiri, neque illud amittere, esto, alio te transferas, nisi forte pubes sis, quia eo calo permititur tibi domiciliū acquirere, ex leg. *Placet. ff. ad municipalem.* Secūdū, si impubes, ut bene notauit Laym. *lib. 5. sum. tract. 9. cap. 9. in fine.*

5. Tertiū, acquisit subiectiōem ad Ordines beneficio, etiam si tenue sit, nullāmque residentiam exigat, ex textu in e. *Cum nullus de temporib. ordinat.* lib. 6. nulla enim restrictio ibi constituitur, ut bene tradidit Garcia de benefic. 2. part. c. 4.

num. 8. Henriquez lib. 10. cap. 22. §. 1. Barbosa *dicta alleg. 4. à n. 44.* Debes tamen illius beneficij possessionem habere, ut notarunt Garcia n. 16. Barbos. n. 55.

In prædictis domiciliis hec est notanda differentia, domiciliū originis regulariter solam pro suscipiendo ordinibus deferire: at domiciliū habitationis præstat, tam pro suscipiendo ordinibus, quam pro suscipiendo reliquis sacramentis. Itēmque, ut conueniri possit, sicut docuit Nauart. *conf. 4. de confitir. edit. 2.* Idēmque est dicendum de domicilio beneficij, residētiā expostulantis: qui illius acquisitione Domiciliū habitationis obtinet, ac proinde eo in loco, recipere sacramenta, & conueniri poteris, sicut in domicilio habitationis. Secūdū vero est, si beneficiū residentiam non exigat; nam eo casu solum tibi ad ordines suscipiendo prodest, neque eo loci potest conueniri, præterquam in causis pertinentibus ad beneficium. Ut bene ex Panormit. *cap. Qui tanquam de Clerico non residente, in fine. notauit Layman. lib. 5. sum. tr. 9. c. 9. in fine.*

6. A prædictis excipiendis est familiaris Episcopi, qui licet, nec origine, nec domicilio, nec beneficio subiectus est, sed, quia eiusmodi potest conueniri, præterquam ex Trident. *sess. 22. cap. 9. de reformat.* Nominis autem familiaris ad præsentem effectum non venit intelligentus quicunque familiari Episcopi aliter si absens est; sed, qui cum Episcopo commoratur eique inferuit, sive sumptibus Episcopi alatur, sive non, ut bene tradidit Salcedo *præf. c. 26. ver. Terribus causis. Bonac. disp. 8. de sacram. quaſ. vn. p. 4. §. 8.* Barbosalios referens, de poteſ. *Episcop. alleg. 5. num. 6.* Extremā enim cum Episcopo habitatione censem, mores familiari latit perspicit. Quapropter oportet triennium esse continuum, teste Aloysio Riccio in *praxi fori ecclesiast. decis. 308. in 1. edit. & resolut. 267. in 2. edit.* Sed hoc triennium computandum est, non à tempore, quo eius dominus in Episcopum creatus est, sed à tempore, quo in eius obsequio commoratur, ut recte Riccius *decis. 309. alias resolut. 268.* Barbosa *alleg. 5. num. 8.* Tener vero Episcopus cum primum beneficium vacauerit, sic ordinare conferre, ne mendicare cogatur. Quapropter non improbabiliter Vasquez *disput. 243. cap. 5. num. 49.* censem familiari ordinari posse aliquo vlo titulo beneficij, vel patrimonii: quia hic est favor factus Episcopoy familiari ei commodius inferuit, & ratione beneficij conferendi, quod moraliter deesse non potest, censem titulum sufficiēt habere. Sed recte Bartol. *alleg. 5. num. 12.* existimat, patrimonium habere debet quia titulus familiaritatis non excusat titulum ad ordines requisitum, sed præstat subiectiōem, quam alias familiari non habet. Non enim multiplicantur lunt Canonum derogationes abque manifesto fundamento. Et ob eandem rationem nequibet Episcopus cum familiari illegitime diligētare, etiam ad ordines minores, neque in interstitiis, vel dictum reservatur Garcia 2. p. de benefic. cap. 5. num. 86. Cenedo *præf. canon. q. lib. ... quis. 18. n. 31.* Riccius *resolut. 266. in fine.* Barbosa *alleg. 5. num. 14.* Episcopus autem, cui familiarem ordinare permittitur, est Episcopus diocesis proprius, non titularis: huic enim familiari promocio interdicta est à Concilio *sess. 14. c. 2. de reformat.* sicuti notauit Riccius *dicta resolut. 226. n. 2.* Barbos. *alleg. 3. n. 17.*

7. Ructus subiectiōes potes Episcopo ordinanti virtute licentia à tuo superiore concessas ex textu in cap. *Episcopum. §. quæst. 1. & cap. 1. iuncto cap. Cum nullus de temporib. ordinat.* in 6. quæ licentia litteris parentibus praestanda est, ut tradit Felini. *in c. Super his. n. 13. de accusationib. Recuff. in prax. benefic. rub. Forma dimissor. lit. n. 34.*

8. Has tamen litteras dimissorias (quæ vulgo reuerendū nuncupantur) ex Trident. *sess. 7. cap. 10. de reformat. & sess. 23. cap. 10. de reformat.* concedere potest illæ Praelatus, qui ordines conferre potest, ex reg. *Potest quis per alium facere quod per se ipsum prestat potest.* de regul. iuris, in 6. & habet cap. 1. 62. disf. Ex illico autem Praelatus, qui ordines conferre non possunt, primò enumerandus est, qui diocesim habet, in quam iurisdictionem priuatiū ad Episcopum exercet, cum potest congregandi Synodus, & visitandi: quia hic non videtur comprehensus in prohibitiōne facta in cap. 10. *sess. 23.* Trident. *vi. tradit Stephan. Gratian. dispeſ. foren. cap. 112. quem referit. & sequitur Barbos. alleg. 7. n. 8.* Secundū, Vicarius generalis Episcopi: nam est, simul cum Episcopo idem tribunal constitut, non tamen potest ex vi vicariatus has dimissorias concedere, nisi fortè Episcopus extra diocesum existat, uti colligitur ex cap. *Cum nullus de temp. ordinat.* in 6. & tradit Gutier. *lib. 2. can. q. g. c. 17. num. 20.* Petri Greg. *Synagmari. iuris lib. 16. cap. 9. post num. 3.* Azor. *inst. moral. p. lib. 3. cap. 45. quæſ. 7. plures referens.* Barbosa *alleg. 7. n. 9.* Tertiū, Capitulum, Sede vacante, esto, iure antiquo ex cap. *Cum nullus de temp. ordinat.* in 6. omnibus iuris discrimini posse dimissorias concedere: at post Trident. *sess. 7. cap. 10.* nemini dimissorias concedere potest intra annum enumerandum à die obitus Praefulvi, nisi illis tantum, qui beneficij recepti, vel recipiendi arctati fuerint, alijs ecclesiastico

ecclastico subiacebit interdicto, & ordinatus, si minoribus ordinibus initiatus fuerit, nullo clericali priuilegio gaudet: si maioribus, ab executione ordinum ipso iure suspenditur ad beneplacitum futuri Pralati. Vicarius vero à Capitulo deputatus, si praedictas litteras intra annum concessis, non actato beneficij recepti, vel recipiendo, suspenditur ipso iure per annum ab officio & beneficio, ut habetur *sess. 23. cap. 10.* & notavit Barbo *dicta alleg. 7. num. 11. & 12.* Sub hac tamen prohibitione non comprehenduntur litterae testimoniales de vita, & maioribus ordinandi, quas Capitulum, Sede vacante, aliisque Pralatis concedere possunt, sicuti notavit Bonac *disp. 8. de Sacram. quæst. un. punct. 4. num. 24.* Barbo *alleg. 7. num. 16.* Quarto, Prælati regulares possunt Regularibus sibi subditi, sed non aliis dimissoriis concedere. In his tamen concedendis staruit Clemens VIII. prout referat Barbo *alleg. 7. num. 18.* sub pena priuationis officij, & dignitatis, & vocis actionis, & palliæ, ne concedantur ad alium Episcopum, præter Episcopum illius Monasterij, in quo Regularis ordinandus refidet, nisi forte ille Episcopus absfuit, vel ordines non celebraverit, idque in dimissoriis exprimatur. Quod, decretum non videat viu receptionem: si quidem passim Prælati regulares dimissoriis concedunt, ut eorum subditi a quoconque Antistite ordines celebrante iniciari possint, quin villam mentionem faciant, an proprius Episcopus absens fuerit, vel ordines noluerit celebrare. Pater supradictus, consuertudine in nostra Hispania, receptum est, ut Gabriele Valquez *disp. 243. cap. 5. num. 34.* vt Priori S. Iacobii, & S. Ioanni has litteras dimissoriis Clericis secularibus concedant: quia tamen eas Episcopi non admittunt, id est faciunt intra suos prioratus ab Episcopis titularibus subditos promoueri.

9. Ex parte vero loci requisitum est ad licitam ordinacionem, ut in eum locum ordinans iurisdictionem habeat, vel ex lege, vel ex delegatione proprii Prælati. Quare titularis Episcopus ordines conferens in alterius diœcesi, sine licentia Episcopi illius, etiam in loco, quantumvis exemplo, ab exercitu Pontificalem, per annum ipso iure suspenzione a Trident. *sess. 14. de reformat. cap. 2.* Episcopus vero diœcsem habens, in aliena diœcesi irrequisito proprio episcopo ordines conferat, suspenditur per annum, non quidem ab omni Pontificali, sed solum a collatione ordinum, ex cap. Eo, quido temporib. ordinat. in 6. & Trident. *sess. 23. cap. 8. de reformat.* Vnde minus punitur Episcopus propriis, quam titularis, ut bene adiutet Valquez *disp. 243. cap. 5. n. 47.* Ceterum verque episcopus proprii, & titularis, si in aliena diœcesi ordines conferat, & alia Pontificalia exercitat, absque licentia Ordinarij illius loci, ipso iure a Pontificalem suspenditur, ex Trident. *sess. 6. cap. 5. de reformat.*

10. Solum est dubium, an ordines, aliquæ Pontificalia exercete posse in loco exemplo ex licentia Ordinarij illius loci, nulla ab episcopo, intra cuius diœcesum locus ille exemplis est, irrequisita licentia. Supponit Vasquez *disp. 243. cap. 5. num. 53.* id fieri posse, saumentque verba Concilii: non enim episcopi, sed Ordinarij licentiam requiriunt. Ceterum, si locus exemptus sub aliqua diœcesi contineatur, Verius sensu, non solum licentiam Ordinarij illius loci, sed etiam Episcopi necessariam esse: quia vere censetur Ordinarius. Secus est, si locus exemptus ad nullam diœcesim pertinet. Sic decimum referunt Riccius in *praxi fori ecclesiast.* p. 495. in *notabilib. de matrim.* Episcop. Barbo *in noviss. Concil. dicta sess. 6. cap. 5. & de potest. Episcop. allegat. 6. n. 12. & 13.*

P V N C T V M XVI.

Qualiter ordinatis permittendus sit vius or-
dinationis suscepit.

1. *Debet constare idoneum esse.*

2. *Exteri sacerdos permittendi non sunt celebrare absque commendatitias litteris.*

3. *Tentor Ordinarius has commendatitias litteras concedere.*

1. **N**eminis permittendus est vius ordinacionis, quia prius constet, idoneum esse ad illum exercendum. Communiter autem idonei iudicantur ad exercendum ordines presbyteratu inferioribus, & ob eam causam nulli examini subiiciuntur, sed co ipso, quo promoti sunt, permitteunt eis vius praedictorum ordinum. At vius presbyteratus regulariter non permititur, quin prius ordinatus examinetur, an Missas faciat, apud celebreatem posse. Quod si confessiones exciperet velit, aliquæ sacramenta ministrare, non est dubium examini esse subiectandum, ex Trident. *sess. 23. cap. 15. de reformat.* quia ex aperiudine ad ordinem sacerdotalem suscipiendum, non inferatur a primum ordinatum existere, tum ad Missas celebrandas, tum ad Confessiones excipienda, tum ad reliqua sacramenta ministranda.

2. *Præter supradicta exteri sacerdotes permittendi non sunt celebaret in aliena diœcesi, nisi commendatitias litteras à suo ordinario habeant, quibus Ordinarius proprius restetur, tum de sacerdotio, tum de carentia impedimenti ad sacerdotium exercendum, cap. Extraneo. quæst. 71. distinct. & cap. Monachum 20. quæst. 4. & cap. Tua fraternitatis de Clericis peregrinis, & nouissime Trident. *sess. 23. cap. 16. de reformat.* Quod adeò verum est, ut etiam Prælati exemplis sub excommunicatione Episcopus prohibere possit, ne externos, & incognitos sacerdotes ad Missas celebrandas in suis Domibus addmittrant, quin ipse prius litteras commendatitias recognoscat: quia eo casu, ut delegatus Sedis apostolice procedit, & in defensionem sua iurisdictionis, ne in eius diœcesi aliquis non sacerdos, vel alias impeditus diuinorum celebrationi se ingeat, sicuti docuit Riccius in *praxi fori ecclast.* decif. 7. 50. in 1. edit. & resolut. 6. 55. in 2. edit. Barbo alius relatis de potest. Episcop. allegat. 2. num. 8. Si vero exterus sacerdos commendatitias litteras a suo Ordinario non deferri offert autem probationem, verum sacerdotem esse, & nullo impedimento ligatum ad celebrandum, ergo non tenetur Episcopus illum admittere, potest tamen probacione fidem faciente, ut relato Nauarr. conf. 1. n. 1. doceatur. *Missar. Riccio in decif. Curia. Archiepiscop. Neapolit. 1. p. decif. 150.* docuit Barbo, *alleg. 21. num. 2.* Iple autem sacerdos peregrinus, qui nec commendatitias litteras deferri, nec probat, ut idoneum esse, si tamen vere sit, poterit, scandalo cessante, celebrare: quia nulla iure interdictum, teste Nauarr. in *sum. cap. 27. num. 153.* & conf. 5. sub tit. celebr. *Missar.* & conf. 4. de foro comp. alia conf. un. de Clericis peregrin. Henric. lib. 10. cap. 34. n. 6. In comment. list. 1. Sayro de cassione uni, de celebr. *Missar.* Barbo *alleg. 21. n. 3.**

3. *Has autem commendatitias litteras obligatus est Episcopus sacerdoti iustam causam habentia recedendi à diœcesi concedere, ut colligatur ex Trident. *sess. 23. cap. 16.* Nam, cum ipso sacerdos obligetur, praedictas litteras deferre, consequenter obligandus est Episcopus, eas illi concedere. Alias in potestate episcopi constitutum est, sacerdotem peregrinari volentem definire. Quod nequaquam facere potest, si beneficio residentiam exigente non fuerit arctus, ut de cœlum referunt Campani. in *diversor. iur. canon. rub. 9. cap. 6. n. 4.* Riccius in *praxi fori ecclast.* decif. 598. in 1. edit. & resolut. 524. in 2. Barbo allegat. 21. num. 5. & 6. Sic ut nec è contrario expellere potest a sua diœcesi, abique aliqua iusta causa, sacerdotem dimissoriis non deferentem, si Sacra celebaret non intendat, teste Marco Anton. Genuen. in *praxi Archiepiscop. Neapolit.* cap. 40. à n. 2. quem referit, & sequitur Barbo *alleg. 21. n. 3.**

P V N C T V M XVI.

De obligatione continentia sacris Ordini-
bus annexæ.

1. *Qualiter iure statutum sit sacris ordinibus continentia.*
2. *Hec continentia, est antiquitus ab ordinatu expressè promittelatur, iam tacitè tantum promittitur.*
3. *Hec continentia iure ecclastico, non divina induita est.*
4. *Apro ex solo voto, an etiam immediatè ex lege, variant Doctores.*
5. *Verius exhibito ex utroque capite immediatè obligari.*
6. *Religiosus Sacerdos duplex peccatum sacrilegi forniciando committit.*
7. *Inualide promotus non tenetur ad castitatem seruandam.*
8. *Neque infans promotus ante usum rationis.*
9. *Aliqui extendunt ad impuberem rationis usu pollentiem.*
10. *Verius cense oppositum.*
11. *Cerium, si nacha pubertate ordinem exercuerit.*
12. *Quid, si ignarus obligationis seruandi castitatem ordines suscepit? Sub distinctione responderetur.*
13. *Quid si metu carente in constantem virum ordines suscepissent.*
14. *Sacerdos Ordinibus initiati, si tentauerint matrimonium contrahere, officio, & beneficio priuantur.*
15. *In minoribus, si inualide contrahant, priuantur beneficiorum, & pensionibus.*
16. *Qua pena paniantur ob fornicationem.*

1. **I**ntr Catholicos dubium esse non potest, sacris ordinibus, scilicet, presbyteratu, diaconatu, & subdiaconatu concinctorum annexam esse: quippe ob hanc causam hi ordines appellantur sacerdi: quia sacram votum continentia annexum habent: quo ordinati Deo sacerantur, & dicantur, ut dixit Flamin. lib. 5. de resignat. q. 6. Valent. tom. 4. disp. 9. q. 1. part. 4. ver. Innocentius Bonac. de Sacram. disp. 8. q. un. p. 2. n. 2. ad finem. Hac tamen differentia: nam presbyteratu, & diaconatu à tempore Apollotorum hæc continentia annexa